

Sitten und Bräuche der Germanen

(Caesar, *Bellum Gallicum* 6,21f.; leicht gekürzt)

Nach dem Exkurs über die Gallier berichtet Caesar über Sitten und Bräuche der Germanen:

1 Germani multum ab consuetudine Gallorum differunt¹. Nam neque druides habent, qui rebus
divinis praesint², neque sacrificiis³ student⁴. Deorum numero eos solos ducunt⁵, quos
3 cernunt⁶ et quorum aperte⁷ opibus iuvantur, Solem et Vulcanum et Lunam, reliquos ne fama
quidem⁸ acceperunt⁹. Vita omnis in venationibus¹⁰ atque in studiis rei militaris consistit¹¹; a
5 pueritia¹² labori ac duritiae¹³ student. Qui diutissime¹⁴ impuberes¹⁵ permanserunt, maximam
inter suos ferunt laudem: hoc alii staturam¹⁶, alii vires nervosque¹⁷ confirmari putant. Intra
7 annum vero¹⁸ vicesimum¹⁹ feminae notitiam²⁰ habuisse in turpissimis²¹ habent rebus; cuius
rei nulla est occultatio²², quod et promiscue²³ in fluminibus perluuntur²⁴ et pellibus²⁵ aut
9 parvis renonum²⁶ tegimentis²⁷ utuntur magna corporis parte nuda²⁸.
Agriculturae non student, maiorque pars eorum victus²⁹ in lacte³⁰, caseo³¹, carne³² consistit.
11 Neque quisquam agri modum certum aut fines habet proprios; sed magistratus ac principes
in annos singulos³³ gentibus cognationibusque³⁴ tantum agri, quantum et quo loco visum

¹ differre, differo, distuli, dilatum: s. unterscheiden

² prae-esse, praesum, praefui: voranstehen (+Dat.)

³ sacrificium, i n: Opfer

⁴ studere, studeo, studui: s. kümmern um (+Dat.)

⁵ deorum numero ducere: zu den Göttern zählen

⁶ cernere, cerno, crevi, cretum: wahrnehmen

⁷ aperte (Adv.): offen, offensichtlich

⁸ ne...quidem: nicht einmal

⁹ accipere: hier: hören von, vernehmen (+Akk.)

¹⁰ vanatio, onis f: Jagd

¹¹ consistere in: bestehen in

¹² pueritia, ae f: Kindheit

¹³ duritia, ae f: zu *durus*, *a*, *um*

¹⁴ diutissime: zu *diu* (Adv.)

¹⁵ impubes, eris: unerwachsen, nicht mannbar, jugendlich

¹⁶ statura, ae f: hier: Wachstum

¹⁷ nervus, i m: Sehne, Muskel

¹⁸ vero (Adv.): in der Tat, wahrlich; aber

¹⁹ vicesimus, a, um: der zwanzigste

²⁰ notitia, ae f: Bekanntschaft, Kenntnis, Verkehr

²¹ turpis, is, e: grässlich, schändlich

²² occultatio, onis f: zu *occultare*

²³ promiscue (Adv.): gemischt, gemeinschaftlich

²⁴ perluere: waschen, baden

²⁵ pellis, is f: Fell

²⁶ reno, renonis m: Pelz

²⁷ tegimentum, i n: Decke, Bedeckung

²⁸ magna parte nuda: Abl.abs.: während ein grosser Teil nackt ist

²⁹ victus, us m: Lebensweise, Lebensunterhalt, Nahrung

³⁰ lac, lactis n: Milch

³¹ caseus, i n: Käse

³² caro, carnis f: Fleisch

³³ singuli, ae, a: je ein; in annos singulos: jeweils für ein Jahr

³⁴ cognatio, onis f: Verwandtschaft, Sippe

13 est³⁵, attribuunt atque anno post alio³⁶ transire cogunt³⁷. Eius rei multas afferunt causas: ne
assidua³⁸ consuetudine capti studium belli gerendi agriculturā commutent³⁹; ne latos⁴⁰ fines
15 parare studeant potentioresque⁴¹ humiliores⁴² possessionibus⁴³ expellant; ne qua oriatur
pecuniae cupiditas, qua ex re factiones⁴⁴ dissensionesque⁴⁵ nascuntur.

³⁵ visum est: hier: es schien (ihnen) gut

³⁶ alio (Adv.): anderswohin

³⁷ cogere, cogo, coegi, coactum: zwingen

³⁸ assiduus, a, um: anhaltend, beständig

³⁹ commutare: verändern, vertauschen mit (Abl.)

⁴⁰ latus, a, um: breit, weit

⁴¹ potens, potentis: mächtig

⁴² humilis, is, e: niedrig, schwach

⁴³ possessio, onis f: Besitz

⁴⁴ factio, onis f: Partei

⁴⁵ dissensio, onis f: Uneinigkeit, Streit